

& verborum ac sententiarum meretriciis pi-  
 gmetis iactitabat, simplicitatis & humilitatis  
 Christianæ, id est, crucis Christi inimica. Aliã  
 longè est vera illa & genuina Rhetorica Ec-  
 clesiastica; utpote quæ doctrinam de lapsu ho-  
 minis, de naturæ depravatione, de iræ diuinæ  
 aduersum peccata magnitudine, de cruce, deq;  
 morte Christi, de afflictionibus Christiano-  
 rum in tantum non dissimulat, aut fucatè  
 pingit, ut potius omnibus expeditis artificiis,  
 quam potest maxime exaggeret, talèq; omni-  
 no, qualis in sese est, claram, perspicuam, plenã  
 auditoribus proponat; nihil sollicita, quomodo  
 ea affectibus ac cupiditatibus hominum allu-  
 bescat. Eiusmodi eloquentia, ut est Spiritus S.  
 cum primis excellens donum, ita serio com-  
 mendata fuit Ieremiæ c. 1. & 23. itemq; Ezechi-  
 eli c. 3. & 38. aliisq; Prophetis & Apostolis, atq;  
 adeo omnib. fidelibus & idoneis Christi mini-  
 stris oportet esse, si qd velint suo munere dignũ  
 præstare, quam commendatissimam. Neq; in  
 Deo placere potest frigida illa, ieiuna, dissoluta,  
 incondita, somnoleta deniq; atq; oscitans ver-  
 bi sui prædicatio. Annon ita verbum meum  
 est ut ignis? dictum Iehouæ, & sicut malleus  
 efficiens ut dissiliat petra? Ieremiæ 23. & a-  
 tibi mandat ministris, ut vocem suam exci-  
 tent

tert